

VITVS AMERPACHIVS PHILOSOPHVS INGOLSA-
dienſis.



Vitus à pueris literis & uirtutibus operam dedit, & in uirum sui temporis doctissimum evasit. In primis uero Philosophiae incubuit, & eius professionis Doctor creatus fuit. par i ratione oratione facultati atq; Theologie uacauit, & magnam sibi multiplici eruditione autoritatem cōciliauit. Itaq; factum ut in celebri gymnasio Ingolstadiensi Philosophie publicus professor constitutus fuerit. Eam functionem is gnauiter administravit, & sua præsentia eam scholam plurimū exornauit. Scriptis Antiparadoxa cum orationibus de laudibus patriæ, & de ratione studiorum. deinde commentaria in Ciceronis 3 libros de Officijs. Expositiones doctissimas partitionum oratoriarum, & annotationes in Ciceronis Topica. Præterea de naturali Philosophia libros sex anno 1548. cum etiam in arte Poëtarū plurimū profecisset, uaria carmina edidit, atq; aliquot Poëtas suis scho лиjs illustravit. Cum hoc modo magna laude pergeret, tandem obiit, & Georgium filium, magnę eruditioñis iuuenem, in professione successorem reliquit. Gess. Anon.